



**Eminentissimi Ac Reverendissimi Domini, D. Joannis
Baptistæ, Cardinalis De Luca, Theatrum Veritatis Et
Justitiæ, Sive Decisivi Discursus**

Ad Veritatem Editi In Forensibus Controversiis, Canonicis & Civilibus, in
quibus in Urbe Advocatus, pro una partium scripsit, vel Consultus
respondit ; Cum Indicibus Argumentorum, Causarum ac Rerum
luculentissimis. Opus Tam Judicibus, Quam Causarum Patronis, atque
omnibus in utroque Foro ...

De Fideicommissis, Primogenitvris, Et Majoratibvs

Luca, Giovanni Battista de

Coloniae Agrippinae, 1690

Disc. CLXXV. Spoletana fideicommissi. De divisione inter plures gravatos,
vel fideicommissarios, an per eam præjudicetur successoribus venientibus
ex propria persona, ita ut per eam fideicommissum ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74060](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-74060)

transactionem utpote in re non dubia emanata tamquam collusivam, & mala fide initam sibi non obstare ad text. in l. Imperator ff. ad Trebell., & firmant scribentes ad satietatem cutnulati per Castill. 8. tom. controv. cap. 36. §. 2., ac firmavit etiam sexp. Rota, praetextum in Bonon. fideicommissis, coram Rotas inter suas decr. 387. & 343., in Romana fideicommissis de Maximis 11. Ianuarii 1649. coram Cerro decr. 272. num. 21. par. 10. rec. & in aliis.

Me tamen super ista eius pretensione pro veritate contulisse, & an expedirem item promovere, respondi non levem difficultatem contraria ipsius sentire, prouindeque non de facili liris susceptionem consulere; Licet enim vera sit dicta conclusio, cuius fundamento innixi aliqui Consulentes ad item impellebant, ut scilicet transactio super re parum dubia, utpote collusiva, & mala fide inita non obliget successores jure proprio, ac independenter venientes, Attamen verissima etiam ac passim recepta est altera opposita conclusio, ut quoties agitur de re dubia, valide per fideicommissarium vel alium legitimum defensorum transfigatur quodque transactio bona fide inita obliget etiam successores independenter & jure proprio venientes, ut allegatis Peregrin. Fusar. Cyriaco & reliquis bene firmatum habetur in Romana successionis de Comitibus 26. Junii 1647., & 26. Junii 1648. coram Ghislerio, quarum posterior est decis. 228. par. 10. rec., & que reputantur in materia magistrales frequenter in aliis canonizatae, praeferuntur decis. 152. num. ultimo, & 253. nam. 11. post Zacc. oblig. Camer. Romana manutentur 27. Martii 1658. coram Abergato, & in aliis, de quibus dico praecepit, cum hodie sit conclusio plana, prouindeque remaneat solum quæstio potius facti quam juris. in inspicio scilicet, an in casu bona vel mala fidei versemur pro applicanda una vel altera propositione, utraqua vera.

Et licet Castillus dicto 8. tom. controv. cap. 36. §. 2., ac ceteri apud eumdem, in casu etiama bona fidei contrarium verius dicant, Attamen, quicquid sic de subsistencia talis opinionis in eorum casu, ipsi loquuntur in terminis majoratum, & primogenitorum Hispaniarum, in quibus, vel ob regiam auctoritatem, cum qui fieri solet credo, qualiquid absque eadem facilitate super eis contrahiri non valeat, vel ob leges municipales, sive ob receptam coutudinem, est opinio fundata in peculiari illorum primogenitorum ac majoratum natura non extendenda ad reliqua fideicomissa jure communis regulanda.

Quod etiam habemus in feudiis utriusque Sicilia, in quibus ob peculiarem, ac magis strictam prohibitionem resultante Constitutione Constitutione diva memoria, transactio absque Regio assensu non subsistinet, quoties percutit obligationem ipsius corporis feudi, quamvis istud penes feudatarium remaneat, atque bona fide fiat, licet de jure communis secus receptum sit, ut dict. 49. subtit. de feud. cum similibus.

Pendente igitur decisione à puncto bona vel mala fidei, cum ista regulanda sit à magis probabili vel improbabili dubietate eventus litis super fideicommissi pertinentias Hinc prouinde prudenter transigentes se gessisse videntur, quia probabiliora videbantur iura Flaminia, dum ejus vocatio erat litteralis antea vocationem si iorum Lepidi & Andronici in illis verbis; Hæ instituto Felice è suo figlioli in infinito. & in evento non vi foffero maschi, succedano le figliole femine, e descendenti da esse in infinito, tñ quali non estanti hæ substituti li figli di Lepido, & Andronico,

ex quibus verbis vocatio dicta Flaminia rembat litteralis, unde si qua latio vel mala fidei in iusmodi transactione considerari posset, illa possit concurreret ex parte Flaminia, seu Martini.

Nec obstante videbatur, quod testator permanentiam pro cippo determinatum expressa dispositione, quod filii feminis cedere non valeant, nisi deficiente fece malorum. Dicebam enim hujusmodi dispositionem personam, in quo defectis descendantibus maleficii sanguinis Felicis prædilecti, transitus fieret ad minimum dilectas Lepidi & Andronici, in quibus ei voluit eumdem ordinem, quem pan in littera testator Felicis servaverat, & sic dicta dispositione intelligenda veniebat discrepans, & in qualibet Ita etiam assistente juris recepta propositione, scilicet vocatis masculis & feminis cum ordinationis, id intelligatur discrepans, & in quæ linea, ita ut feminæ linea admittat vincere multæ linea admittendæ nisi expressi vel consimilis mens testatoris repugnet ex deducitis per Prog. de loc. art. 26. & ibidem Censul. in addit. 1. q. 1. tanell. decis. 34. & seq. Buratt. & Adden. decis. 249. par. 7. recen., & admittitur apud Ottob. 177., & in eadem Terracina de Plinio 31. 16. 48. coram Ghislerio decis. 183. par. 10. rec., in bus contrarium firmiter ex diversa testatione, Multò magis dum ipso prefato voluntarium præcedebat dispositio clara, unde illius diverso intellectu resultaret repugnans, in tantæa correctione in dubio non pronuntienda, deque facilius dicta propria intrabat.

Et nihilominus ubi etiam subtilizando possit ex conjectura diversam volumen testatoris deduci ad prædicta propositione diametrem, ac subitanam correctionem inducendam non posse dicebam causum esse dubium, cum semper dubium dicatur illud fideicommissum, & conjectura deducitur prædictum, ut dict. 30. & 17. par. 7. recen. Bonon. successori de Antonio lunii 1654. coram Bichio, & in aliis, præferunt non solum resistebat dicta juris regula dictio prælationis in qualibet linea, dum possimmo fabriamur in dispositione transversali, sed dicta ter non admittendi repugnare, seu inde neam correctionem in eadem dispositione, plausibiliter causa dupliciter remanebat dubius, & consequentia de bona fide transactionis videbatur non possit tari, prouindeque consului, ut a propria susceptione abstinenter, atque puto quod coadieverit,

SPOLETANA
FIDEICOMMISSI
INTER
ILLOS DE ROSA.

Discursus pro veritate.

De divisione inter plures gravatos, & fideicommissarios, an per eam prædictam judicetur successoribus venientibus ex propria persona, ita ut per eam fideicommissum respective habe-

tum censeatur; Et an descendentes unius lineaे ob deterioratam, dissipationatam, vel evictam eorum portionem, regresum habeant ad portionem extantem; Et an onera adjecta uni portioni correspективè ad ejus excedentiam durent, si talis portio diminutionem patiatur.

SUMMARIUM.

- 1 **F** Alii series.
- 2 **E** Evictio que sequitur ex natura rei prestanda non est inter dividentes.
- 3 Declaratur.
- 4 Item non prestatur evictio que sequatur ex culpa possessoris.
- 5 Quando filii, vel descendentes ferant iniquitatem patris.
- 6 Facta hereditatis divisione singuntur respectu dividen- tium due hereditates.
- 7 Divisio tanquam species licita alienationis afficit omnes etiam ex propria persona venientes.
- 8 Causative seu correlative conventiones vel obligatio- nes cessant cessante causa.
- 9 Declaratur.
- 10 Divisio dicitur species transactionis, seu species per- mutationis.
- 11 In pari causa posterior est conditio possidentis.

DISC. CLXXV.

IN testamento, cum quo deceperit Epiphanius Rosa condito de anno 1639. hæredes instituit Antonium & Petrum eius germanos fratres cum perpetuo successivo fideicommisso ad favorem omnium filiorum & descendantium ab eis in infinitum etiam cum reciproca de linea ad lineam bene extensa, & cum stricta prohibitione alienationis, subiungendo per capitulum seu periodum nova orationis inceptivm, ut quotiescumque dicti hæredes vellent inter se dividere, talis divisio fieri deberet per Antonium & Franciscum Petri filium absque eo quod dictus Petrus posset si ingerere in hujusmodi divisione, qua ita facta, Petrus ejusque descendentes pro eorum portione contenti esse deberent; Cumque hæreditas consistoret in bonis triplicis specie, Una scilicet in stabilibus liberis & allodialibus, Altera in mobilibus, & tertia in duabus tenuis emphyteuticis de directo dominio Cameræ Apostolice, Deventum est ad divisionem omnium aliorum bonorum, indivisi remanentibus dictis tenitis emphyteuticis cum bonis allodialibus eisdem annexis, super qua divisione, aliisque mutuis prætensionibus tam circa solutionem axis alieni hæreditarii, quam circa fruges & animalia ortis controversiis, eas com- promiserunt in duos arbitros, qui laudum protulerunt, in quo nulla facta mentione aliorum bonorum eorumque divisione jam facta processerunt ad divisionem dictarum emphyteuticarum cum allodialibus eisdem annexis, assignando Antono majorem tenutam Serravallis, & Petro tenutam minorem Lanciani & Rustani, atque pro adæquandi partibus, ac supplemento ejus, quod in hac secunda portione deficiebat, declararunt teneri Antonium ejusque successores solvere singulis annis Petro ejusque successoribus scut. 275., providendo

in reliquis super solutione axis alieni hæreditarii cum animalibus & frugibus, aliasque differentias decidendo ad rem non facientes; Eo solidum ad rem adjecto, quod si contingere dictam tenutam Lanciani per defactum linea masculina vel alias quam ob non solutionem canonis devolvi ad Cameram, Petrus ejusque successores habere deberent mediætem dictæ tenutæ Serravallis cum annexis, cessaret autem onus dictæ annua præstationis scut. 275., di- sumque laudum à partibus acceptatum fuit cum promissione observantie.

Cum autem ob non solutionem canonem ab Antonio dicta major tenuta Serravallis devoluta esset ad Cameram, que acceptata caducitate illam alteri concessit; Hinc dux ora fuerunt controversiae inter prædictorum Antonii & Petri successores, Primo scilicet an successoribus Antonii, quorum por- tio per dictæ tenutæ amissionem, ita remanebat longe inferior, jus competenter provocandi ad novam divisionem, vel ex quadam actione evictionis agen- di ad adæquationem portionum, & sic ad media- tem dictæ alterius tenutæ minoris cum suis annexis; Et secundò, an successoribus Petri jus compe- teret pertinendi ac obtinendi ex alius boni fideicommissariis in portionem Antonii obvenientis dictam an- nuam præstationem scut. 275., non obstante quod in hac portione non adfaret amplius dicta tenuta Serravallæ, Atque desuper incertum est, ex qua parte pro veritate consultus.

Quoad primam partem, prætensionis scilicet successorum Antonii super nova divisione vel obti- nenda portionum adæquatione, in puris terminis juris, pro successoribus Petri de plano respondendu- dum esse censui, etiam si ob lineam finitam, vel a lium calum non culposum, sed ex natura rei dictæ tenutæ devoluta esset. Tum quia dividentes scie- bant hujusmodi bonorum qualitatem periculosam, & quod devolutioni subjecta essent, ideoque regula est ut inter dividentes præstanda non sit evictio, que de rei natura sequitur, quoties ignorantia talis qualitatis, seu diversa credulitas aliud non suadet, ut post DD. in l. si familia C. famil. excise Peregr. de fi- deic. art. 52. numer. 58. & Co Fusar. de subdit. quest. 599. num. 9. cum sequen. Michalor. de fratr. part. 3. cap. 39. num. 11. cum sequen. Rosenthal. de feud. cap 9. con- clus. 54. n. 17. insine, & in glos. litt. F. ubi latè cum aliis sub tit. de feud. disc. 44.

Tum clarius quia, si quæ in histerminis difficul- tas cadere posset, illa est ubi concurreret inæquali- tas, quia nempe unus dividentium omnia bona al- lodialia, & tuta in ejus portionem capiat. Alter ve- rò obtineat periculosam, puta emphyteutica, seu feudalia, vel fideicommissaria, ut constat ex deduci- sis per Rosenthal. loco cit. in glos. litt. I. Fusar. ibidem num. 13. cum sequen. Michalor. num. 23., sed ubi bona divisa sunt ejusdem qualitatis, ac naturæ, & sic æqualiter devolutioni subjecta, tunc licet non desine contradicentes, vel distinguentes, de quibus Pe- regr. dicto art. 52. num. 64., Attamen magis com- munis ac recepta videtur, ut ille qui rei jacturam, seu evictionem passus est, nullam habeat contraria- lium actionem, dum commune erat periculum, quod sicuti in uno contigit, ita in alio contingere poterat ex deductis per Rosenthal. dicta gl. litt. I. & Peregr. ubi supra, ac etiam desumitur ex toto discur- su Fusar. num. 17., ubi & alibi principaliter ponde- rat rationem mutui periculi.

Et si hæc procedunt, ubi evictio sequuta esset ab- que culpa possessoris, & ex natura rei, multo ma- gis ubi sequuta est culpa illius, in cuius portionem obvenit,

UCA
entis
t

obvenit, cum tunc videatur casus indubitus per texti clarum in l. si fratres C. comm utriusque Iud., ubi scribentes Fusar qu. 599. num. 4. Michalor. d. cap. 39. nu. 10. & numer. 12. in fine, ubi in individuo exemplificat culpam ob non solutum canonem.

Eft bene verum, quod dicta conclusio in præsepti non intraret ob expressam arbitrorum provisio-nem, ut in casu devolutionis unius tenuta, portio-nes adæquari deberent in altera superstite, qua provisio specialis cessare facit regulas juris, ut concordant omnes superiori allegati, dictaque provisio li-cet percutiens solum casum devolutionis alterius te-nuta minoris, de qua forte magis dubitari poterat, videtur finè dubio trahenda ad casum conversum ob rationis identitatem, ac æqualitatem inter con-trahentes servandam. Verum hujusmodi provisio difficultatem in propofito inferre non videbatur, quinimò potius retorqueri, dictamque conclusionem comprobare in casu culposæ devo utionis ob non solutum canonem, dum hic expresse excipiebatur.

Nequè obstat posse considerabam quod descen-dentibus præjudicare non deberet factum dicti Antonii, à quo independent & jure proprio venie-bant, quoniam sicuti factum culposum possessoris præjudicat successoribus quamvis jure proprio ve-nientibus quoad Dominum directum, ac ad effe-ctum devolutionis, ita fortius præjudicare debet quoad tertios, quoniam in jure non omnino incongruum est, ut filii ac descendentes ferant iniqui-tatem patris, seu ascendentis; bene tamen omnino incongruum est, ut talis culpa non debeat nocere fi-liis ac descendentibus culposi, nocere autem debeat tertio, cum cuius damnio ipsi relevari debeant, id-eoque propriæ fortunæ imputare debent filii, cur iniquum patrem vel ascendentem habuerint, qui eorum portionem devoravit, cum sufficiat divisio-nem fuisse justam, & æqualem de tempore quo ini-ta est, non curata subsequenti deterioratione, ut ad-vertunt Peregr. de fidei, art. 40. num. 36. & Berou conf. 108. num. finali lib. 1.

Hinc si æqualiter, ac bene divisa hæreditate fidei-commissaria consistente in mobilibus, ac se mo-ven-tibus, vel iuriis & actionibus, Unus dicta jura & mobilia bene conservet, Alter verò dissipet, prorsus incongruum est dicere, quod descendentes dissi-patoris prætendere possint reintegrationem à por-tione alterius; Prout si unus prædia fideicommissaria in suam portionem obvenia bene colat & con-serveat, Alter verò deferat, seu pariatu ædificia rue-re, atque prædia rustica inundari &c., tene nulla juris ratio, vel dispositio dictat descendentes hujusmodi mali administratoris reintegrando esse ex por-tione ejus, qui bene administravit, quoniam ut adverit Peregr. art. 52. num. 18 & 53., quando hæ-reditas possidetur per plures, qui ex legi judice, & fortius concurrent etiam illo testatoris bona hæ-reditaria dividunt, finuntur tot hæritates, seu pa-trimonia separata, quot sunt portiones cum suis se-paratis administratoribus a testatore deputatis; Id-eoque ubi evictio non oritur ex facto ejusdem testa-toris, per quod jure cuiusdam retroactionis singuli-tur ea bona nunquam fuisse in hæreditate, omne in-fortunium, quod in uno patrimonio à casu, vel à culpa resulteret, redondare non debet in prædi-ctum alterius; Sicuti econversò, si fortuna vel dili-gencia præberet in una porzione augmentum, ac meliorationem, ista non cederet ad communum al-terius, ideoque in hac prima parte mihi videbatur, quod versaremur in casu plane.

Multa siquidem habentur in Orbe exempla de

pluribus ejusdem feudarii descendebus & feuda dividua ab illo aequa dividers ob feudorum amissionem cum prejudicio suorum lineæ ac descendentiæ, altera verò linea fu-ndè bona retinet; Sive si unus ex gravatis fu-ndè bona cadant sub Bulla Baronum dellens deicommissum, non per hoc succelfores rem ad portionem cohæredis, Vel quod uno diffusa bona libera sequatur, ut bona fideicommissaria beantur à dotibus constituendis ex Ante & cum similibus.

Quo verò ad alteram inspectionem anni stationis scutor. 275., quam econverso deces-tes Petri perebant à descendentiis Antonii & statribus bonis allodialibus in eorum portione deicommissariam obveniunt; Quando vero ali-reditarius complexivis omnium bonorum allodialium quām emphyteuticorum ab initio quam unum corpus nulla facta distinctione effet, atque ex Arbitrorum judicio pollici confuso, in una porzione tenuta major Se-ñor & alia bona per dictos Antonii descendentes pa-sa, In altera verò porzione tenuta minor Lai, ac alia bona possessa per descendentes Petri, & quandis autem portionibus alia in aqua-bitri gravassent in genere portionem maiores-tonii ad favorem alterius portionis minoris in annua præstatione, Tunc data ab initio publico nis, dicendum veniret idem, quod in pre-denti casu dictum est ad favorem descendenti Petri; Quemadmodum enim si pro eadem au-quatione facienda portioni minori Petri suffi-sissent in specie tot dominus vel prædia alia non possent descendentes Antonii ob eum non diminutam ex causa evictio dicta con-gressum habere ad bona prædicta ex adiutoriis & rationibus, de quibus suprà, ita patet que non possent dictam præstationem effe-ri afixam, utpote illorum loco tubrogatam cum di-visorie dicatur legitima & à jure probata siem que ubi bona fide inita est omnes succelfores dic quamvis ex propria persona venientes suffici-ent, cap. 9. conclus. 54. Fulgin. de emph. int. de de-quest. 1. nu. 204. Gratian. discept. 997. num. 4. in conf. 308. nu. 24. Fusar & Michalor loc. cit. q-uo-los ceteri.

Nisi tali casu ex parte descendenti Antonii legari posset injuria divisionis, argu Achille irrationabile judicium, faciendo latius iniqua divisionem, dum in una porzione ita prædicta de-na ferè omnia vel pro maiori parte pericula, in altera verò allodialia & tutæ, de quo tamen in prædicti superfluum censu querere, dum non erat casu; Verumq; divisionis non levis erat, quod pa-tes, ita exigente bonorum natura & diversitate, istam hæreditatem in duo diversa patrimonia distingue voluerunt, Unum nempe conservando bonis liberis, ac allodialibus non percutientiæ per-petuum conseruationem aptis, & illud aqua-jam divisorum ex quo tempore, ac illico deponit divisione cuiuslibet lineæ descendentiis perti-natum ac irrevocabile jus quascum fuit; Altera verò patrimonium emphyteuticum confitetur in etiis duabus tenitis cum aliquibus allodialibus con-nexis remansit aliquo tempore invictum, quod pa-tes voluissent) longo tempore continuare præ-tulisset, ideoque ista divisio tanquam de diviso separato patrimonio nil commune habere videbitur cum altero patrimonio allodiali jam diviso.

quamvis utrumque sub eodem fideicommisso caderet, quoniam neque Arbitrorum neque partium intentio suisse videretur unum cum altero commiscendi.

Unde quando ob inæqualitatem portionum hujus patrimonii emphyteutici, una portio gravata sit pro alterius adæquatione ad dictam annuam præstationem, istud fuit onus reale adjectum ipsi portioni exuberanti gravate ad quamdam communicationem fructuum, qui ex ea magis exuberanter pericerperunt, idèque tale onus tanquam reale, atque ad hujusmodi bonorum speciem restitutum, influere non debet in patrimonium omnino separatum, ac jam divisum, dum unum cum altero saltem ex partium intentione ac observancia connexio nem non haberet.

Quod evidenter comprobari observabam ex eo, quod in casu sequente evictionis ob devolutionem alterius tenetæ minoris, Arbitri non demandarunt istius portionis reintegrationem ex aliis bonis in genere, sed retentæ eadem distinctione, neque aliquam mentionem facientes de altero patrimonio jam diviso, mandarunt solùm, ut alia tenuta emphyteutica equaliter divideretur, proindece cessaret onus dictæ annuæ præstationis, unde ad oculum patere videtur, præstationem prædictam suisse causativam seu correspondivam ad inæqualitatem dictarum tenutum ac divisionem istius diversi patrimonii, & consequenter quod intraret vera & recepta juris conclusio deducta ex text. in cap. cum cessante de regul. in sexto, ut causativa & correspondiva obligations cessent cessante ipsa re, ut per Tiraquell, in eadem regula cum cessante par. 1. nu. 224. Amat. var. resol. cap. 21. num. 1. Rot. decif. 428. par. 1. rec. Bonon. censu 4. Februario 1654. coram Melito, & sub tit. de Regal. disf. 8. & 9.

Ei licet dicta conclusio procedat, ubi causa cor-⁹respondiva cesseret à casu vel factò tertii, non autem ubi ex culpa & facto voluntario possessoris ex deduc-⁹tit per Amat. & resol. 2. n. 2. cùm sequ. & d. disf. 8. & 9. de Regal., nihilominus id rectè procedere posset quod id ipsum Antonium cuiuspotum ejusque heredes & bona, non autem quod successores ex persona propria venientes, quibus, ut ad onus reale non tenentur dicere sufficit se non possidere rem, cuius ratione illud præstandum est ex proximè allegatis.

Neque obstat videbatur divisionem prædictam factam esse ordine ac præcepto testatoris, idèque que obligare omnes successores ex eius judicio ve-⁹nientes, quoniam testator in hac parte loquutus non est dispositivè ac præceptivè, sed presuppositivè, quod scilicet voluntibus heredibus devenire ad divisionem, quæ de jure prohiberi non potest, illa fieri debet, non cum Petro, sed cum Francisco eius filio, cui Petrus, ac descendentes acquiescere debent, & sic circa personas dividere debentes, non autem circa unum vel alterum modum, unde si in-¹⁰juncte vel inæqualiter illa facta esset, absque dubio testatoris dispositio nullius esset considerationis; Ita pariter considerabilis non videtur circa dictam bonorum seu patrimoniorum separationem, quam in jure passim habemus in feudiis, quibus termini emphyteutici, non urgente contraria iuriis dispositione, assimilantur, quoniam datur patrimonium feudale omnino distinctum ab allodiali, perinde ac si essent duo distincti, ac duæ hereditates omnino diverse, Ad instar eorum, quæ in jure communii habemus in milite habente duo patrimonia separata, unum militare, alterum paganum ut frequenter, subit. de feud. Unde si pro adæquandis portionibus bono-

rum emphyteuticorum, quæ adeò periculosa, ob rigorem Constat. Greg. XIII., devolutioni facilissime subjecta erant, Arbitri expressè dismembrassent à portione Antonii tot bona allodialia & tuti, illaque assignassent portioni Petri adhuc probabilius dici posse videetur male egisse, talemque divisionem inæqualem ac irrationabilem suisse, privando successores hujus linea bonis liberis ac tutis jam perficie quæsitis, ut adeò periculosa haberentur, multòma-¹⁰gis in praesenti, dum ista voluntas Arbitrorum non adest.

Divisio enim, juxta unam opinionem est licita alienio tanquam species transactionis, quæ rectè cadit in bonis controversiis, non in iis, quæ non erant in lite; Sive juxta alteram probabiliorem est species permutationis, quoniam id, quod uni assignatur pro diviso, succedit, ac permutationem dicitur loco illius portionis, quæ prius pro indiviso possidebatur, ut bene Peregr. d. art. 52. num. 53. circa finem; Ideèque sive unum, sive alterum dicamus, semper firmum remanet, quod bona allodialia jam divisa non cedantur sub nova divisione, neque sub Arbitrorum iudicio, quia non erant sub lite vel in communione, & consequenter pro dicta annua præstatione aliud jus non competere videbatur nisi ad illa bona allodialia tantum, quæ annexa erant cum dicta tenuta devoluta, atque in hujus diversi patrimoniis divisione posita pro ea rata, cuius ipsa bona sunt capacia, Adinstar censu, qui perempta parte fundi censiti substituerit in parte remanente pro ea rata, cuius est cap. x.

Hac quoad bona fideicommissaria; Quoverò ad propriam ipsius Antonii, licet descendentes Petri prætendere possent pro reintegratione dicti danni cau-⁹sati à non solutione canonis, se esse creditores hypothecarios ob generalem promissionem cum obligacione camerali in eadem divisione contentam, de solvendis oneribus, nihilominus cum descendentes Antonii essent etiam ejusdem creditores ex eadem hypotheca à dicta divisione resultante ob debita hereditaria per ipsum collata & non extinta, ita ut æqualis esset anterioritas & hypotheca, hinc proinde potiore dixi conditionem dictorum descendenterum Antonii, ut pote bona prædicta possidentium, & si quid superesset, potuerit enigm dubitari, an potior esset conditio eorumdem descendenterum Antonii ob hypothecam legalem eis competentem pro reintegratione fideicommissi, dum in facto justificatum supponebatur cessationem à solutione canonis suisse dolosam, ac pro affectanda devolutio-¹⁰ne; Et nihilominus eadem actio competens descendenterum Petri ob non adimplenta onera suscep-⁹t, competet etiam dictis descendenteribus Antonii, quorum primariò, ac magis directè intererat dicta onera adimpleri, & consequenter invrat dicta conclusio, ut in parti causa hypothecæ eodem tempore resultans potior sit conditio possidentis Franc. dec. 260. nu. 4. & sequ. Apont. dec. 34. nu. 25. & sequ. Merlin. de pignor. lib. 4. tit. 1. qu. 4. num. 37. Rota in Melevitana pecunaria 30. Iunij 1651. Corro in fin Romana salviani 17. Iunij 1651. Meltie, d. Bonon. censu 4. Februario 1654. eodem, & sapientius ut in sua materia sub tit. de credito; Super his autem cre-⁹do me suisse consultum pro concordia paranda, incertum est autem quid sequuntur sit.